

Wh
930



7. 11. 16.



7. 26. 13.

Wh
930

73.

HOMAGIVM.

A.

SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO.
DOMINO.

LVDOVICO. FRI-
DERICO.

PRINCIPE. SCHWARTZ-
BURGI.

QVATVOR. S.R. IMPERII. COMITUM. ITEMQVE.
HOHNSTEINII. COMIT. ARNSTADII. SONDRERSHVSÆ.
LEV TENBERGÆ. LOHRÆ. ET. CLETTENBERGÆ.
DYNASTA. ET. RELIQVA.

D. 19 MAII, A. MDCCIX.

SOLENNI. RITV.
SVSCEPTVM.

VOTIS. ET. GRATVLATIONIBVS.

SVBMISSÆ. PROSEQVEBATVR.

IN. ALMA. FRIDERICIANA.

ALBERTVS. CHRISTIANVS. ANDRÆÆ. RYDOLST. S.S. TH. ST.

HALÆ. MAGDEB.

Litteris. STEPHANI, ORBANI. Acad, Typogr.



2

HOMAGIUM

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO

LUDOVICO FRI

DERICO

PRINCIPI SCHWARTZ

BURGI

QUATRO REGES ET COMITUM TEMORE

HONESTIS DOMINI ANTIQVAE SONDERSHAUSE

LEITENBERGAE TORAE ET CANTONIBUS

DYNASTIA ET RELIGIO

IN ANNO 1700

SOLENNITATE
SUSCEPTVM

VOTIS ET GRATULATIONIBVS

ALTISSIMO PRINCIPALI

IN ANNO 1700

ALTISSIMO PRINCIPALI



SERENISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMENTISSIME.



Iteantur itaque & optimo jure arreſcunt
lacrymae quas ſupremus ſol in omnium
oculis excitaverat, quando veniens ſolis
lumen ſplendidiffimis ſuis radiis omnia il-
luſtrat. Nec immerito SERENISSIME
PRINCEPS TVI quoque Cives ex obitu DIVI ALBER-
TI ANTONII funeſtiffimo moerore nuper admodum

LXXV

A 2

percul-

perculsi hodiernum diem maximis & innumerabilibus
gratulationibus dicant, & tanquam Memnonis quaedam
columnae laetissimas voces proferunt, quum TV, IL-
LVSTRISSIMVS PHOEBVS, surgentibus radiis nubi-
la & tristissima quaeque dissolvas, flammisque TVIS coe-
lestibus omnia collustres. Nihil enim quicquam fuit vn-
quam illis jucundius, quam quod dies aliquando illuxe-
rit, quo orbi nuper facti aras, focos, fortunas, imo salu-
tem suae vitae, memoriae & nominis, TIBI, legitimo Tu-
tori committere possint, quum nihil aliud quam obsequii
gloriam sibi relictam esse putent, postquam TIBI sum-
mum rerum iudicium a DEO optimo Maximo conces-
sum esse sciant. Ast vide quaeſo, indulgentissime Prin-
ceps, quantum licentiae vel potius audaciae mihi dederit
& lenitudo animi TVI, & benignior fortuna, cuius be-
neficio TVIS adnumerari civibus mihi concessum est? vi-
de quaeſo, quemadmodum me quoque in hanc laetitia
gloriaeque societatem inferre, & in publico ac commu-
ni popularium jubilo mea etiam gaudia publicis hisce Ta-
bulis omnium oculis exponere audeam. Accipies au-
tem, quod spero, quae religio suasit, affectus protulit
devotissimi laetissimique animi testimonia, quanquam
nullo sigillo nullaque concha sint conspicua, quibus olim
Graecorum diligentia literas obſignare & impressas cerae
imagines obtegere solebat. Sacratissimam potius imagi-
nem TVAM, & virtutum simulacra quae hodierno die
Civium animis denuo altissime imprimuntur, & quibus
tanquam firmissimo sigillo data fides in cordibus obſi-
gnatur, omnibus exponam devotissima admiratione
conspicienda. Adest fama & figura magnae Animae

TVAE

TVAE, quae non in aliena materia quam in civium animis feliciter exprimi aut teneri potest; adfunt corda nostra, quae hanc mentis TVAE formam tanquam conchae excipient in aeternitate temporum ibi permanfuram. Infidere namque debet quaedam in optimo quoque civium reverentia, quae noctes & dies animum ejus stimulis quasi concitet & admoneat non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem laborum, curarum, vigiliarumque, quibus Principes anguntur atque exercentur, sed cum omni posteritate adaequandam. Neque ullam divina Virtus TVA, PRINCEPS OPTIME, aliam mercedem desiderare videtur periculorum, quae pro vita civium adhuc suscepisti, praeter hanc laudis & gloriae quam Tiberius ille Taciti poposcit. Ita enim ad senatum: ego vos testor, inquit, & meminisse posteris volo, qui satis superque memoriae meae tribuent, ut majoribus meis dignum, rerum vestrarum providum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pavidum credant. Credunt hoc Cives TVI in spem maximam & quemadmodum confidunt verissimam adducti, credunt, & servabunt iis etiam iudiciis, qui multis post seculis de TE iudicabunt. Namque summa virtus TVA tantam spem, fiduciam tantam in omnium excitavit animis, ut illud quod sigillo Henrici IV. circumscriptum legebatur suum facere nulli dubitent, omnisque Patria soniter: LVDOVICVS FRIDERICVS SPES IMPERII.

B

Revi-

Reviviscit in TE MAGNVS PARENS, cujus laudum capax non est terrarum orbis, licet sit plenus. Avitorum meritorum famam non adaequas solum, sed quod non invite ferent Maiores TVI (si, ut sapientibus placet, post obitum suorum fata adspicere licet magnis animis) etiam vincis. Tibi etenim offertur hodierno die DVCALIS illa PURPVRA, magnae virtutis magnum praemium. TIBI tribuit larga Divi Leopoldi dextra honorem summum, quem magni Majores TVI dudum promeruerunt, omnium enim virtus raraque indoles & illustris ac domestica Schwartzburgicae Gentis sapientia in TE unita videtur. Gratulantur TIBI itaque terque quaterque inelyto sanguine conspicui Heroes, quum omnem maiorum gloriam TIBI collatam esse cernant, qui TE ad magnarum rerum effectorem, & augendam Schwartzburgici nominis magnitudinem destinatum credidere. Laetantur Cives TVI, quod DEVS tantam orbi Patriae praestiterit indulgentiam; venerantur diadematis TVI purpuram, qua ipsorum spes ac salus involvitur. Sperant namque optima quaeque summi sacrae Themidos Ministri & Curiarum lumina, quorum pectus abunde satis convincit TVA probitas quam in exercendis regnandi artibus adhuc exhibuisti; sperant rerum sacrarum Ministri, qui Parentum pietatem & erga DEVM reverentiam in TE mirantur; sperant devotae literis animae, quarum Musas indies in melius & majus provehis; sperant quos multa jam
jam

jam Clementia TIBI devictos habes cives, multa sese
liberosque suos TE principe bona esse visuros; verbo
omnes ad bene de omni Patria sperandum quasi si-
gnum aliquod sublatum vident. Gentilium Poetae
Principes cunabula sua oceano debere ac Nobilitatis
decus a fluminibus repetere plerique credunt, quo-
niam

--- --- Terrae dominos pelagique futuros
Immenso debeat rerum de Principe nasci.

Certe non infelici omine TVVM SERENISSIME
PRINCEPS Nomen gentilitium trahis a Schwartza,
auriferis istis aquis, unde, si plerisque fidem adhibe-
mus, processere Magni Majores TVI. Non etenim
promittis tantum aureos hesperidum ramos, sed ali-
quando etiam distribues. Namque, quod A. D. Ace-
rius de M. Aurelio scribit, ita quoque sapientiam
TVAM videtur composuisse divinum consilium, ut
calamitatibus istis, quae in TE regnantem mane-
bunt, par esse possis unus, qui omnium fere, quot-
quot uspiam regnarunt, poteris esse par. Quare ag-
gredere nunc magnos honores, jam tempus adest,
o chara DEO soboles, & magnum Jovis incremen-
tum. Suscipelaeto omine rerum habenas, & succe-
de Paternis curis, qui Paternam mentem felicissime
exprimis. Adfunt jam, quos Patria adhuc habet,
Cives TVI; accelerant absentium voces, & quo solen-
ni quodam ritu in fidem ditionemque TVAM sese tra-

B 2 dere

Wh 930 71

dere possint, anxie expectant. Efflagitamus interea
unanimesi consensu a DEO Patriae praefidi custodique,
salutem TVAM, communis Parens noster Serenissi-
me; TVAM namque vitam, salutem TVAM, com-
munem omnium salutem esse optime scimus. Vota
quoque solvimus pro incolumitate Patriae, quum
certum sit, TIBI salutem TVAM invisam esse, si non sit
cum Reipubl. salute conjuncta, TEq; nihil pro TE velle
optari, nisi optantibus quoque expediat. Servet ita-
que TE DEVS optimum PRINCIPEM, servet SERE-
NISSIMAM CONIVGEM, divinamque SOBOLEM ad
reipubl. vota felicissime succrescentem. Fac quaeso,
alme Parens, ut quod nobis dedisti optimum, per-
maneat aeternum, tunc prospera certe rebus
nostris tempora sperantur.



V
D
18

ULB Halle

006 201 342

3



7.4.26.13.

Wh
930

73.

HOMAGIVM.
A.
 SERENISSIMO. PRINCIPE. AC. DOMINO.
 DOMINO.
 LVDOVICO. FRI-
 DERICO.

PE. SCHWARTZ-
 BVRGI.

PERII. COMITUM. ITEMQVE.
 DMIE. ARNSTADII. SONDRSHVSAE.
 LOHRAE. ET. CLETTENBERGAE
 ASTA. ET. RELIQA.

19 MAIL. A. MDCCIX.

NNI. RITV.
 CEPTVM.

GRATVLATIONIBVS.

BMISSE. PROSEQVATVR.
 MA. FRIDERICIANA.
 TIANVS. ANDRAE. RYDOLST. S.S. TH. ST.

MALAE. MAGDEB.
 PHANI, ORBANI Acad. Typogr.

